Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-567051-p0001-0

17

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

Da 748
1652, 15.
31

Exercitatio Iuridica

DE USVRIS PVPILLARIBVS, REI IVDICATÆ, PACTO EXTENSIVO PROMISSIS, NAUTICIS ET CAMBIALIBUS.

Quam

AUXILIANTE DEO

Sub Præsidio

Amplissimi, Consultissimi, & Excellentissimi,

VIRI

DN. JOH. OTTONIS TABORIS, U.J.D.
IN INCLITA ARGENTORATENSIUM ACADEMIA CODICIS ET FEUD. PLACIT. PROFESSORIS CELEBERRIMI, JURIDICÆ FACULTATIS SENIORIS,

DN. Patroni & Præceptoris sui æternùm colendi

In publico Eruditorum conventu
Instituet.

JOH. PETRUS WEBER
Svinfurto-Francus.

Ad diem 11. *Septembr. Horis locoq; consuetis.*

ARGENTORATI,

Ex Muséo Chalcograph: Jacobi Thilonis,
Anno M. DC. LII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-567051-p0003-1

CL. DN. WEBERO SVO S. PP.

ANtiquare vetus rectum, Mos plurimus orbis:
Idque usurarum tetra lues loquitur.
Vindicias contra meditatus TABOR, ab orbe
Ingrato dudum plurima probra tulit.
Immeritò! si fere vetus rectum nequit orbis,
Doctorem recti nunc tamen ille ferat!
Donec commodior curæ, par sitque ferendo,
Exuat & mores denique jure suos.
Plurima condocuere scholæ, quæ fere recusat
Orbis, sed debet discere ferre tamen.
His studiis, WEBERE, tuum claresce re nomen,
Dum facis, ad patriæ cresc is, amice, decus.

Scrib. amoris & voti causa

JOH. GEORG. DORSCHEUS D.

750.

PARTIS QVARTAE,

Qua

Cæteræ limitationes, quæ LL. *de altero tanto* disponentes, restringunt, exponuntur & expenduntur.

ARTICULUS I.

De Vsuris Pupillaribus.

I.

DE prima limitatione, quæ reditus annuos concernit, quatenus illa Juri tum Justinianeo, tum Canonico, quin & Constitutionibus Imperii approbetur & conveniat : superiore exercitatione, pro instituti modulo, latius est dictum, simulque mota subinde problemata, de antichresi & eo quod interest, diligentius sunt excussa : Nunc cæteras limitationes, quæ usuras ipsas concernunt, breviter exponemus. Ac initio quidem tradunt Nonnulli: dupli excessum non attendi in usuris pupillaribus: *per l. 7. §. si usuras 12. de administr. tut.* Hagen/ *de usuris, cap. 5. n. 271. c.* Idque obtinere contendunt, tum per rationes communes, quibus se effecisse putant, ut cursus usurarum legitimarum multorum annorum hodiè licitus sit, utcunque ultra duplum excurrat: Hagen / *de usur. c. 5. n. 140. tum* per specialem hancce rationem, quod tutor vel curator obligatus fuerit à se ipso sortem cum usuris exigere & in patrimonium pupilli vel minoris referre, relatamque aliis, si res & occasio tulisset, tutò fœnerare atque inde sortem (*denuò puto*) efficere, & ex ea rursus usuras exigere : quod cum non fecerit, censeatur has

usuras in sortem redegisse, & de novâ hac sorte novum mutuum cum seipso contraxisse. Ita *Hagenus, d. c. 5. n. 309.*

II. Et hanc limitationem, de usuris ultra alterum tantum admittendis, in causis pupillaribus omnino recipiendam esse, cum Hageno nominatim etiam statuit *Finckelthus. Observat. 40. n. ult. vers. 2. ubi & Berlichium Decis. 30. n. 5. allegat: qui tamen is hanctce eo loco non habet.* Idemque sentire videntur, qui in *tit. C. de usur. pupillarib.* inter modos quibus usuræ pupillares sistantur, hunc nequaquam referunt: *v. Cujac. in comm. d. t. & C. A. de tut. & rat. distrab. th. 17. f.*

III. Qua de re antequam sententiam nostram exponamus, primum *quænam usuræ pupillares sint*, quæque earum diversitas, perpurgandum erit: Cum Dd. veteres & recentiores tam diversimodè de his loquantur, ut juniores ex lectione commentariorum vix sine scrupulo se extricaverint; Apud Cynum, Sichardum, Donellum, Gilkenium & alios, integrum librum quintum ferè prætermittentes, explicationem frustra inquisiverint. At Placentinus *in summa tit. Cod. de usur. pupillar.* Usuras triplices in actionem tutelæ venire docet (1.) centesimas (2) pupillares (3) legitimas. *Hunc sequuntur Salicetus & cæteri plerique.* Centesimas duobus casibus deberi tradit (1) cum tutor pecuniam in suos usus convertit (2) cum Judex præcepit, ut tutor pecuniam deponeret: ipse autem neglexit. Porro *pupillares* usuras dicit esse medias, & quatuor casibus præstari. (1) si falso negaverit apud se esse pecuniam, (2) si moram depositionis fecerit, & non interveniente Judicis præcepto: (videtur hic esse hiatus, qui suppleri potest ex Azonis explicatione, *de qua mox d.*) (3) si negando (subaudi necessaria subsidia) imposuit pupillis necessitatem accipiendi mutuam pecuniam sub usuris ad onera sua expedienda (4) si à debitore pupilli tutor tales exegit. Denique *legitimas* vocat ex more regionis currentes h. e. quincunces quæ in cæteris casibus præstentur. *Hæc Placentinus.*

Definitio subjectæ quæstionis; Et *quænam usuræ sint pupillares*; Ex sententia *tùm Veterum*, ut Placentini,

IV. Doctrinam Placentini, Azo, more suo quadantenus sequitur, quadantenus auget. Nam & ipse, *in sua summa super tit. Cod. de Usur. pupillar.* tres in hac materia usurarum

& Azonis.

species

757.

ſpecies conſtituit : Et *uſuras pupillares*, eas nominatim *definit* eſſe, *quas pupillus poterat ſtipulari ſecundum conditionem vel diverſitatem ſuæ perſonæ* : Eas verò non quatuor tantum, uti Placentinus; verum ſex caſibus à tutore docet eſſe præſtandas. (1) ſi pecuniam pupilli palam converterit in ſuam utilitatem: (cui tamen ſpeciei & facto non tantum Placentinus, ſed ipſe etiam Azo, *in verſ. antecedente*, centeſimas uſuras aſſignaverat: Niſi putemus in verbo clanculum, differentiæ rationem conſtitui. Quam differentiam dilucidè notavit Odofredus in comment. ad l. 1. C. h.t' ibi: cum *clam* convertit tenetur ad centeſimas: cum *palam* ad pupillares : Laudant etiam retinentque recentiores, & in his *Coll. Iurid. Arg. in tit. de negot. geſt. th.* 31. *n.* 8. *ibi: Quod ſi eam pecuniam in uſus ſuos convertit, h.e, latenter ſua commoda ea pecuniâ procuravit : legitimas h.e. maximas ſeu centeſimas uſuras præſtabit, l.* 1. C. *de Vſur. pupillar. l.* 10. §. 3. *mandat. l.* 3. C. *arbitr. tut. l.* 38. *de Negot. geſt.* Sin *autem* palam *accepit & ſibi adſcripſit, exemplo l.* 9. §. 7. *de admin. tut. eas præſtabit, quibus idem creditor alius fœneraſſet. exemplo l.* 54. *d. t.* Nec procul abit Weſenb. *in œton. Cod. de Vſur. pupill.* cum ait: tutorem ſi dolo averterit, obligari ad centeſimas, aut omne pupilli intereſſe. *Molin. de commerc. & uſur. quæſt.* 76. *n.* 588. Sin abſque dolo cumque collegarum aſſenſu ſibi fœnerarit; ad legitimas uſuras teneri *Conf. not. ad Auth. noviſſimè. præmiſſam l.* 1. C. *de admin. tut. & M. Stephani. ad Novel. Tr. n.* 29.)

V. Alterum caſum, quo pupillares uſuræ præſtentur, eum Azo facit : cum tutor negaverit apud ſe pecuniam pupillarem eſſe, & Prætor contra eum pronunciaverit. Nam etſi non eſſet apud eum pecunia, inquit : tamen tenetur ad eam & uſuram pupillarem : quia decretum pro veritate eſt. (3) ſi moram fecit depoſitioni pecuniæ (hic caſus à Placentino ſecundo loco enarratur) & Prætor irrogavit ei pupillarem uſuram. Solent ibi Prætores comminari ut ſi non fiat depoſitio vel quantò tardius fiat, legitimæ uſuræ præſtentur (hunc caſum melius intelliges ex *l.* 7. §. 7. *de admin. & peric. tut.*) (4) Quartus caſus cum tertio Placentini convenit. (5) Quintus cum quarto. Sextum quaſi ſubdubitans adnectit : quando ſcil. tutor obti-

nuit, ut pecunia pupillaris deponatur ad prædiorum comparationem & postea non deposuit eam, neque præceptum est ei à Prætore ut deponeret.

Tum recentiorum.

VI. Cæterum recentiores diligentius hæc persequuntur : qui nec in definiendis usuris pupillaribus cum antiquis consentiunt. Nam ut ex præmissis constat, Azo eas *à conditione personæ pupilli* totas definit atque æstimat. Quomodo etiam Corvinus lib. definit. non inutili, ex Pacio, nescio quo loco (*nam nec in Isagog. nec in anal. Cod. ad h. t. quicquam tale habet*) describit *pag.* 390. *n.* 212. Usuras pupillares esse, quæ pupillis debentur. Alii vero *à persona tutoris* definiunt, ut Salycet. *ad rubr. C. eod.* illis verbis : pupillares usuræ sunt usuræ singulares, ad quas tenentur tutores. Nec longè abludit Cuj. *in parat. C. ad d. t.* cum eas designat, quas tutor debet, non tantum si ex persona sua conveniatur, sed & si ex persona contutoris, quod suspectum eum non fecerit. *l.* 7. §. *pen. de admin. & peric. tut.*

Et nostra.

l. 2. *C. de Usur. pupill.* Cujacium sequitur & ad verbum ferè exprimit Dn. Anton. Perez. *in prælect. ad eundem h. t. C. n.* 1. Nobis Odofredi ut planior arridet descriptio, cum rubricam Codicis sic interpretatur: de Usuris pupillaribus *scil. præstandis à quondã tutore, quondam pupillo, in actione tutelæ.* Sive ut Augustin. Barbosa *in Collect. ad illum tit. C.* quas tutores pupillis suis debent.

Remotæ terminorum ambiguitate.

VII. Dices hanc definitionem etiam centesimis & cæteris infimæ speciei usuris convenire? Resp. Videntur termini isti (pupillarium usurarum) in jure bifariam sumi, *primò* generaliter, prout hactenus definitæ sunt *à subjecto* : *secundò* specialiter, *si ab efficiente & formali causa* discriminentur, ut in textu *l.* 7. §. 10. *de admin. & peric. tut.* Sunt enim aliæ (1) leviores, aliæ (2) communes, aliæ (3) graviores seu gravissimæ. Hæ dicuntur Usuræ legitimæ, *l.* 7. §. 7. *eod.* modo graviores, *l.* 9. §. 4. *d. t. de admin. & peric. tut.* modo majores *l.* 39. §. 14. *eod.* modo gravissimæ *l.* 7 §. 8. *eod. tit.* Id est centesimæ. *l.* 8. *C. si cert. petat. Cujac. in Paulo ad l.* 46. §. 1. *cum seqq. in f. d. t.* (*Dissent. Hottom. disput. Iurisc. cap.* 7. *pag.* 774. *vers.* Nunc videndum est, qua sit usura legitima. Damnans communem interpretationem, quæ per legitimam, in dubio, centesimam intelligit. Contra

tra eam producens (1) *l. Tutor.* 7. §. *Idem solent.* 8. *De admin. & peric. tut. ubi legitimæ, gravissimis, opponantur.* (2) *l.* 9. §. *item si temporali. f. d. t. ubi tutor sub usuris gravioribus, quam sint pupillares sive legitimæ, usuras debuerit.* (3) *per l.* 4. *De Nautico fœnore: Vbi Papinianus pronnnc. et, usuras legitimas deberi, elapso die periculi: Quo tamen casu Impp. in l.* 1. *C. eod. communes observari, scribant.* Unde porro colligit & concludit: Eas usuras dictas esse legitimas, quæ plerunque & comm. in usu essent: olim quidem besses, hodie verò semisses. Sed facile responderis: In *l* 7. §. 7. *&* 8. De adminisst. & peric. tut. & similibus textibus, usuras legitimas & gravissimas, non oppositivè dici; sed synonymicè: arg. vocabuli, idem: Quod etiam glossa in d. §. urget. Legitimæ n. uti supra quoque monuimus, ideò sic appellantur, quod summum legis terminum & finem attingant. *l. cum quidam.* 17. *de usuris.* quam ita rectè Cujacius explicar. *lib.* 19. *observat.* 8. Congruunt his quæ acutissimus Hortersius in comment. *ad l.* 1. § *pacto.* 3. *De pignor. pag.* 219. docet, ibi: Centesima usura est legitima; quia summa & extrema est omnium legitimarum; quasi hoc indicare velint Jurisconsulti qui sic loquuntur: Infra eam omnes usuras esse legitimas: supra nullas.) At communes, & quæ leviores sunt, quando gravioribus s. centesimariis opponuntur, *ut in l. si legatum.* 5. *de operibus publicis*, generis nomen retinent, & ad indicandam subjecti & causæ qualitatem, pupillares in specie appellantur, *d. l.* 9. §. 4. *ibi: Si sub usuris gravioribus patri pupilli debuit (tutor) quam sint pupillares, (scil. vulgò & communiter ex more regionis) l.* 7. §. 7. *cod. ibi: pupillares: & ibi: legitimæ.* Atque ita etiam pupillares usuras, pro usitatis in provinciis explicat Donellus 15. comment. 19. lit. F. Conf. Dn. Carpzov. 4. *respons. Elector.* 45. *n.* 14. *ubi notat; Usuras pupillares dupliciter sumi;* propriè (sive strictè) & impropriè (i. latè) Propriè *illas, quæ à tutore solummodò ob non factam elocationem pecuniæ pupillaris in emtionem prædiorum, aut ob intermissam licito fœnori expositionem, exigantur.*

VIII. Et sanè si textus modo allegatos cum cæteris nonnullis conferamus, fatebimur, cum de usuris pupillaribus quæstio est, regulariter *provinciales* tantum, h. e. me-

diocres & usitatas in provincia §. 34. *vers. loco; ibi: pecuniæ non in omnibus regionibus sub iisdem usuris fœnerantur. Instit. de Actionibus. l. 3. De eo quod certo loco.* deberi, *d. l.* 7. §. 10. *Pactus in Isagog. Cod. de Usur. pupillar.* Maximas certis demum casibus, *ut in l.* 39. §. 14. *De admin. & peric. tut. quos diligentius congestos vide in C. A. de tutel. & rat. distr. th.* 14. Aliis casibus, minimas tantum *ib. th.* 15. *Adhib. Briss. lib. 3. select. antiq. cap.* 1. *A. Matthæi disp* 30. *th.* 18. Unde sequitur errare nonnullos, qui pupillares usuras toto suo genere centesimas faciunt, *Vt Iulianus Peleus in Syllog quæst. illustr.* 12. *pag.* 67.

Resolutio ipsius problematis: tùm absoluta & generalis:

IX. Quanquam, an de ulla specie pupillarium usurarum hoc enunciatum admittendum sit, valde licet dubitare. Etenim (1) centesimæ jam antea satis graviter premunt coërcentque tutores : Itaque pœna illis augenda non est arbitriâ interpretatione *l.* 7. §. 3. & 8. *de admin. tut.* In cæteris autem causis cum Prætores noluerint modum communem egredi: qua autoritate nos metas istas transiliemus. Utique (2) nec in toto illo titulo C. *de usur. pupillarib.* nec ullibi in jure exceptionem in isto genere fundatam deprehendimus, (3) Nec rationes Novellæ 160. pupillis applicari possunt (4) Ergò, ut Molinæus recte monuit, non debemus cumulare exceptiones & singularia extra Legis provisionem; maximè cum Novellæ 121, decisio generalis sit, & fundetur in ratione generali, quod Leges nihil ultra duplum solvi velint, *vid. Molin. de usur. n.* 599. (5) Rationes autem contrariæ, qua generales sunt, superius refutatæ fuere. (6) Specialis textus *l.* 7. §. *si usuras* 12. *de admin tut.* quæstionem *an* definit : quod scil. usuras debeat non tantum de sorte & capitali pecuniæ pupillaris, quam in usus suos convertit : Sed etiam de usuris ex illa redactis, *v. l.* 58. §. 1. *in f. d. t.* quas itidem hoc modo in suos usus converterit. *l.* 38. *ibi: vice cuiusdam pœnæ. de.* N. G. Non autem determinat, quatenus & quousque eæ usuræ procurrant.

X. Erit fortè, qui verba *L. ult. C. de usur. pupill* huc intorquebit. Cùm enim Impp. ibi doceant, ad cursum usurarum pupillarium inhibendum, opus esse, ut tutor denunciationibus frequenter interpositis, pupillum ad judicium provocet

vocet : forteam quis inferat : Omissâ hac denunciatione cursum usurarum nunquam sisti. Sed revera Constitutio illa ad hanc causam nullatenus pertinet. Agit enim tantum de cursu, *v. d. l. 7. §. ult. in f. de usur.* non de procursu & excessu, seu progressu ultra duplũ. Illum cursum, sive continuationem, sistere potest denunciatio ex præscripto huius l. 4. interposita: perinde ut oblatio & depositio in loco tuto facta, *d. l. 1. in f. de usur. l. tutor pro pupillo* 28. §. 1. *de admin. tut.* Istam exorbitationem terminus à Lege definitus ipso jure coërcet. *adhib. Surdũ de aliment. tit. 9. quæst. 40. n. 38. Galganet. lib. 2. de tutel. tit. 27. n. 49.*

XI. Molinæus *in tr. de usur. n. 599. collato n. 600. & 603. distinguit*: an quæratur de usuris durante administratione; an ea finita. Priore casu (veluti si ponamus tutelam vel curam. ultra viginti annos durasse, & tutorem pecuniam pupillarem in usus suos convertisse, & fortassis adhuc differre restituere tutelam.) Eô, inquam, casu statuit præfatas usuras pupillares semper currere, etiam ultra duplum, donec tutela restituta sit, *per d. l. 7. in f. de admin. tut.* vel donec *seriò obtulerit, & per eum non steterit l. ult. C. de usur. pupill.* Addit. *n.* 600. hanc rationem: quia tutor, inquit, semper à semetipso debet exigere, *l. quoties, 9. §. 3. l. 39 § 12 de admin. tut. l. 6. §. 12. de Neg. gest.* Quam primum igitur usura sortem æquavit (quod fuit in fine 16. annorum & 8. mensium secundum Jus scriptum) debuit, vel obligatus fuit tutor aut Curator à seipso sortem cum usuris exigere, & in æs & patrimonium pupilli vel minoris referre, relatumque alii, si res & occasio ferebat, fœnerare. Quod cùm non solùm non fecerit : sed adhuc ipse pecunia usus fuerit; non quidem censetur intervertisse : sed potius pecuniam creditam sibi de novo rursus adscripsisse, sibique quàm alii potius fœnerare voluisse, arg. *d. l. quoties. 9. §. non tantum de admin. tut.* Itaque pergit eadem usura, non tanquam ex veteri : sed tanquam ex novo mutuo. Est enim Juris intellectu novum mutuum, cùm teneretur tutor, ea pecunia uti volens, sibi in mutuum eam sub usuris legitimis imputare : *Ita Molinæus d. l. Posteriore autem casu*, & finita administratione, etiam ex confessione Molinæi cursus usurarum pupillarium sistitur cùm ad duplum

duplum ascenderit. n. 601. Quod tamen sic limitat, ut in duplo sequentis temporis nullo modo computentur usuræ præteritæ administrationis; sed stent seorsim tanquam quædam sors separata, quæ non possit converti in sortem usurariam & fructiferam, respectu ejusdem tutoris ac debitoris : sed benè respectu alterius novi debitoris, si ea summa realiter ad eum transeat. Etenim in extraneo debitore cessant rationes excludendi dupli, quæ militant in solo tutore & curatore, nempè, quod (1) teneatur à se exigere (2) quod teneatur exactum in pupilli usus impendere. Quamdiu autem in usus suos retinet, necesse est, currere usuras, sine aliqua dupli limitatione. *Hactenus iterum Molinæus.*

Tùm distincta & specialiùs,

XII. Hanc distinctionem Johannes Sandæus *lib. 3. decis. Frisicar. tit. 14. defin. 5. post Eit. B.* Speciosam vocat : sed tamen à Senatu & ipsam reprobatam memorat, quod videretur regulæ standum, donec hic casus ab ea lege exceptus probaretur : Eoque argumento motum usuras pupillares ultra duplum sortis pupillo non adjudicasse. Quia tamen infra docebitur moram debitoris ipsa regulæ sententia excipi : Ideò (*præsuppositis præsupponendis, v. C.I.A. de tutel. & rat. distrah. θ. 13. & seqq.*) Etiam hic respiciendum esse dicemus : An tutori tanquam debitori mora possit jure imputari nec ne ? Etenim tutor usuras, quas debet, aut solvit annuatim, aut reliquatus est. *Si solvit*, videndum, an eas in rem pupilli necessariò impenderit, nec ne ? Priore casu : quia nihil imputari potest tutori : puto solutas ad alterum tantum, obligationem totam finire : *per rationes thes. 9. indicatas* : Posteriore casu, aut collocare eas tutò potuit, vel non. Si eas collocare tutò non potuit ; sed collectas servavit, itidem extingui puto dupli solutione cursum usurarum & obligationem totam, per easdem rationes. *vid. l. 24. C. de admin. tut. vel cur.* cui subjici debebat Auth. novissimè, quæ præmissa est perperam. *l. 1. C. eod. vid. Ioh. à Sande. 2. decis. 9. defin. 13. Carpzov. 2. Iurisprud. 11. defin. 22.* Cæteris casibus, cùm sc. Tutori, aut Curatori imputari potest, quod vel usuras planè non solverit, vel cùm æs pupillare denuò collocare tutò possit fœnori, non collocavit, tum demum

754.

mum ulteriores debeti arbitror. *facit l. 7. §. 3. ibi: nisi si per eos factum est. l. Lucius 46. §. 3. & l. 58. de admin. & peric. tut junct. l. 1. in f. de Vsur. Qui textus ostendunt, dubitatum saltem fuisse de quæstione* an sit : *An usuræ pupillares currant ad usque diem judicii : Minimè autem assertum fuisse, quod ultra alterum tantum procurrant.* Conducunt rationes cùm à Molinæo allatæ, tùm infra uberiùs indicandæ. *add. L. cum verò 26. §. apparet. 1. de fidei comm. libert. Carpz. 2. 30. 32.* Quod si per pupillum ipsum steterit, quò minus tutela restituatur, tum oblatione *legitimè v l. 9. C. de solut. l. 41. §. 1. De Vsur. ubi obsignationis solemnis depositio intelligitur Hilliger. 16. D. C. 14.* factâ, haut dubiè sistetur cursus usurarum. *d. l. 1. §. ult. de usur. l. 28. §. 1. l. 29. de admin. & peric. tut.* Cùm iniquum sit, eum, cui v. c. post viginti, vel amplius annos demum in mentem venit, tutelæ rationes reposcere, insuper etiam usuras postulare : Et contra justius videatur, eum, per quem non stetit, quò minùs tutelam restitueret, ad præstationem usurarum non compelli. *d. l. 28. §. 1. vers. quin etiam. C. I. A. d. t. de tut. & rat. distr. th 17. f.*

XIII. Et ista quidem quæstio (non item decisio) ad eum modum concepta, non tantum in tutoribus & curatoribus discerni potest : sed etiam in cæteris debitoribus minorum. Cùm enim juxta Constitutionem Severi in *d. l. 26. §. 1. de fidei commiss. libert.* in pupillis & in adolescentibus ad justam ætatem usque mora fiat reipsa à Debitoribus : Itaque non tutor tantùm : sed quicunque alius adolescentum debitor, usuris adstringetur, etiamsi non interpellatus fuerit. *Cuiac. lib. 2. Qq. Papin ad l. 1. §. 1. de usur.* (Ubi hoc exemplificat in Magistratibus municipalibus, Duumviris & Curatoribus Reipubl. Ut hi, si pecuniam, quam administrant, in usus suos converterint, præstent usuras maximas & continuas : nempe, si clàm hoc fecerint : Quas non præstent, si palam pecuniam, nec sibimet ipsis sumserint ; verùm à Collega bona ratione sibi acceperint mutuam.) *Sed hæc aliorsum pertinent. adde Treutl. 1. Disput. 20. th 5. a. Rot. Roman. part. 4. decis. 888. in novissimis Peniæ ; ubi requisita expenduntur. Martha. tom. 3. Digest. tit. usuræ. cap. 30. pag. 338.*

XIV. Ex his conjicere licet, quàm difficulter in puncto & acie Juris (ut loquuntur) obtineri queat illa ampliatio, qua asseritur: Viros nobiles & honestiores, atque adeò totas honoratorum familias, quæ opere manuario victum quærere nequeant, prærogativa ista gaudere, ut usuræ ipsis in infinitum currant: quod alioquin ipsis subducantur vitæ subsidia. C. I. *A de usur. l. 6. n. 7.* Neque enim vel hæc exceptio vel ratio Jure fundata est. *v. Edictum Iustiniani 9. cap. 5. Vbi Iustinianus ipsis argentariis deinceps hoc privilegium s. exceptionem negavit; licet allegassent: Quod mutuum dando & accipiendo, itemq; spondendo, & denigz usuras pendendo, vitam tolerarent. Add. l. 26 §. 1. C. de usur. quæ nobilioribus adstrictior & rigidior est, in verbis: jubemus Illustribus quidem personis, sive eas præcedentibus, minimè licere, ultra tertiam partem centesimæ usurarum nomine in quocunque contractu, vili vel maximo stipulari.* Cùm utique his etiam honesti modi acquirendi & sustentandi vitam decorè in Republ. proditi sint & suppetant. Denique suæ imputabunt socordiæ, si minùs tempestivè sortem emonuerint, eandemque alibi desiminùs locaverint. Videtur enim modus iste potissimum debitorem priorem respicere, ne unus nimiùm gravetur: non etiam posteriorem aut plures: In plures enim dispersum onus fertur facilìùs & sine incommodo notabili. *Nov. 38. præfat. Nov. 43. c. 1. §. 2. vers. porrò. tr. de metatis. p. 89. Amaya ad l. 1. n. 20. & 21. C. de immunit. nemin. conced.* Eoq; sensu nostram quoq; facere possumus conclusionem. C. *I. A. d. th. 6. n. 7.* Adsit modus in usuris, & res moribus (quibus humana imbecillitas jam innutrita est) societati humanæ necessaria penè effecta, crimen non habebit.

ARTICULUS II.

De Vsuris rei judicatæ.

I.

EOdem favore prosequuntur Doctores nostri *usuras rei judicatæ*, quarum hæc est conditio, ut post sententiam dictã usurarum quidem cursus ad tempus sistatur, nempè intra tempo-

753.

tempora solvendi judicati : (quæ tempora in LL. duodecim Tabb. appellantur *dies justi.* & erant initio, unius Mensis. *Gellius* 20. *N.* & 1. postea ex alia L. duorum mensium, *l.* 3. §. *ult. de usur. l. un* (*Dn. Perez. citat secundam.*) C. *Th de usur rei jud. l.* 4. 10. ad extremum, *ex Constit. Justiniani. l.* 2. & 3. C. *de usur. rei jud.* 4. Mensium. Sed ea tempora moribus cuiusque loci st. tutis & edictis, variè constituta sunt. *Dn. Perez in prælect. ad dict. tit.* C. *de usur. rei judic. l.* 13. C. *de usur. l. ult.* §. 1. C. *de usur. rei jud.* Cùm enim ea tempora judicatis ex humanitate concessa sint *ἐκ τῆς φιλανθρωπίας*, *ut Græci loquuntur. l.* 16. §. *ult. de compens. conf. supr. præfat. pag.* 9. §. 5. æquum est, ut interim quoque immunes sint ab usuris & fructibus non perceptis, dependendis, licet isti percipi potuerint. *Cuiac. lib.* 2. *qq. Papin. in l.* 1. §. 1. *de usur.*) Finitis autem temporibus istis (judicati solvendi) rursus currant usuræ : non priores: sed novæ. Eæ verò plerumque graviores sunt, non tàm ex conventione aut condemnatione novâ, quàm ex LL. & Constitutionibus : ex natura judicati. *l.* 3. C. *de usur. rei Iudic.* Eæque dicuntur usuræ rei judicatæ: & fuere olim duæ centesimæ; hodiè sunt centesimæ. *Ita Cujac. dict. loco. conf. eund. in recit.* C. *de usur. rei judicatæ.* & *l.* 1. & 2. C. *d. t.*

II. De his ergò usuris quæritur, An ultra duplum procurrant? Quæ quæstio duplicem habet intellectum: aut enim refertur ad usuras veteres : aut sequestratis veteribus, concepta est tantùm de usuris ex nova ista causa accedentibus. Quæ posterior acceptio *Legi* 3. C. *de usur. rei judic.* apprimè convenit, quâ docemur, usuras rei judicatæ post tempora illa solennia judicatis concessa, intelligi præcipuè de novis : Ita, ut licet Veteres confusæ sint cum sorte per condemnationem, dum reus in sortem & usuras simul fuit condemnatus : ad vitandum tamen anatocismum, in istis Quæstionibus iterum separentur, & quæstio sic formetur, ut usuræ rei judicatæ simpliciter petantur, sine alia accessione, sors autem ipsa novas inde usuras pariat. *adhibe Cujac. in d. recit. ad tit.* C. *de usur rei judicatæ.* Sed alii in conceptione Quæstionis nostræ, Veteres usuras cum novis conjungunt : Sic enim Berlichius, 1. *decis.* 30. *n.* 7. Si debitor jam ante usuras usque ad alterum tantum

Conceptio & informatio problematis.

solvit, & ad solutionem sortis principalis interpellatus, instrumentum obligationis judicialiter recognovit, vel per sententiã definitivam ad solvendum condemnatus, solutionem retardavit, tunc is, à tempore recognitionis factæ, vel rei judicatæ, ad usuras ultra alterum tantum rectè adstringitur. Berlichium absolutè laudat & sequitur Finckelthus. *obs.* 40. *n. ult. in fin.*

III. Ita etiam Dn Carpzovius. 2 *Qq. Crim.* 92. *n.* 54. Exemplum figurat in debitore, qui jam antea usuras usque ad alterum tantum solverat, & per Sententiam definitivam ad solvendum (quid quæso? an usuras? an sortem? Hanc puto: sic enim portò loquitur) condemnatus, solutionem sortis retardavit. Hic, inquit, Dn. Carpzov. à tempore rei judicatæ usuras, etiam ultra alterum tantum pendere tenetur: quia moram committit, Conf. Eundem 4. *resp.* 48. *n.* 9. *& seqq. ubi & textus & rationes adducit. Et novissimè in asylo debitorum, c.* 1. *ubi n.* 302. *negat, hanc exceptionem ullo juris textu expresso probari.*

IV. Sed pace iterum tantorum Virorum fateri liceat de formatione status causæ, Nos etiamnũ subdubitare: Si enim supponamus, usuras jam ad alterum tantum solutas esse (prout clarissimè habent verba utriusque celebratissimi JCti: Si Debitor jam antea usuras usque ad alterum tantum solvit) sequetur actionem creditori deinceps nullam superesse. Ita enim ipse Dn. Carpzov. rectè docet, *eadem* Quæst. 92. n. 47. non modò in mutuo, sed & in aliis contractibus (in quibus usuræ ex mora commissa debentur) usu venire, ut, si usuræ fuerint solutæ usque ad alterum tantum, nihil queat ampliùs exigi. *per l. nostram* 27. §. 1. C. *de usur.*

V. Itaque pro usuris solutis apud memoratos autores subaudiemus vel usuras exsolvendas, quemadmodum species facti apud Dn. Carpzov. d. quæst. 92. num. 48. id innuere videtur, ibi: So ist er nicht allein die verfallene Capitalia, sondern auch von Zeit an deß Verzugs / die auffgeloffene Interesse / biß auff das alterum tantum zu bezahlen schuldig. Vel certè casum ita figurabimus, ut usuræ anteriores alterum tantum nondum attigerint: Sed tum demum attingant, si usuræ rei judicatæ suprà definitæ, summæ priori connumerentur. *v.* C. L. A. *de usuris, th.* 16. *n.* 3.

VI. Quæ-

VI. Quæstione hunc in modum declaratâ, ipsa quoque limitationis, Exceptionis & decisionis ratio multò exsurgit manifestior: Cùm enim suprà indicatum sit, usuras rei judicatæ post tempora ἀνεδάλφους currere velut ex nova causa. *l. 16. § 6. de pignor. Dn. Perez. in prælect. planiss. & utiliss. ad d. tit. C. num. 5. ubi ad contraria respondet.* Et usuras anteriores, utpote diversi generis nequaquam cum istis novis esse permiscendas: Sequitur manifestò computationem quoque usurarum ex novo planè fundamento & termino esse instituendam. *Adhib. Hillig. 16 D. E 20 lit. T. sub. f. ibi.* Absq; novatione si esset, aut consequeretur tantùm usuris prioris obligationis &c. Quam veram, specialem & solidam putamus esse limitationis huius rationem. Illa enim nimium quantum generalis est, quam post Berlich. *d. n. 9. vers. ratio est, &c.* aliosque à se allegatos Dn. Carpzov. subjicit. *d. quæst. 92. n. 54.* Quod quotiescunque Debitor in mora constitutus ostenditur, toties ad usuras præstandas sit obligatus, etiamsi illæ duplum excedant. *de qua dicemus articulo penultimo.* Itaque, ut concludamus, usuræ rei judicatæ *poterunt* dici ultra alterum tantum procurrere; si scilicet anteriores etiam usuræ connumerentur: Cæterum, si seorsim computentur, & ex nova ista causa considerentur, *non poterunt* terminum à lege communiter definitum & præscriptum excedere. Facit: quod post sententiam dictam, usuræ initiò intra tempus judicati interquiescunt. *l. 1. §. pen. De Vsur. l. ult. §. pen. C. De Vsur. rei iudicata.* Unde *in l. 35. De Vsur.* dubitatum ac quæsitum fuit: An etiam post litem contestatam usuræ interquiescant: Quod Paulus ibid. negat. Quod si maximè cum Dn. Crrpzovio *in asylo debitorum cap. 1. §. 26. n. 31.* supposueris: Usuras post rem judicatam in aliam præstationis speciem, eius quod interest degenerare: reclamantibus textibus modò allegatis & phrasi generali *l. 1. ibi: usuram centesimam temporis quod postea fluxerit. l. 2. ibi: ultra quatuor menses usuras. C. de Vsur. rei judic.* Neque tamen vel sic contra regulam juris procursum qualiscunque huius præstationis in infinitum rectè porrexeris, per ea quæ superius in disputatione de processu eius quod interest, deducta sunt.

ARTICULUS III.

De Vsuris Pacto Extensivo promissis.

Ad explicationem L. 4. §. ult. de Pact.

I.

SUperiores limitationes beneficio Legis & Jure ipso enasci putantur ; quarta hæc pendet ex hominum provisione. Etenim Jus regulare (quod usuræ ultra alterum tantum exigi & peti non possint) fallere ait Berlich. *sapiùs allegata decis.* 30. *n.* 4. Si aliter inter creditorem & debitorem fuerit conventum : tunc enim eam conventionem meritò valere & servandam esse, dictitat. Speciem conventionis aut fundamentum non allegat Berlichius; Sed satis habet ad Joach. Schepliz. nos remisisse. Et hunc solum pro ista opinione iterùm laudat Dn. Philip. Zorer. *part.* 2. Seines Rechtlichen bedenckens. *quæst.* 15. *pag.* 160. *n.* 939. *vers.* daß sonsten beede Theil.

II. At Rittershusius *part.* 3. *Novell. cap.* 9. *n.* 20. non tantùm Balduinum in Justiniano autorem nominat; sed fundamentum huius limitationis petit *ex L.* 4. §. *ult. de pact.* Si enim, inquit, alicui usuras stipulanti per pactum adjectum promittamus, ut quamdiu usuræ solvantur, sors peti non possit, videntur usuræ hoc casu ultra duplum quoque currere, vi pacti & stipulationis. Removet etiam objectionem, quæ peti poterat *ex l.* 6. *C. de pact. cum similibus*, quòd sc. pacta adversus Leges facta nullam vim habeant: Alioqui fore ut totum hoc Jus facilè eludatur: *Respondet* enim, æquitatem naturalem hoc efficere, ut valeat tale pactũ, & isto casu debeantur usuræ etiam suprà duplũ, cùm creditor semper possit submoveri exceptione pacti vel doli.

III. Idem antea sensisse videtur Cujac. *in recit. ad tit. C. de*

757.

de usur. pupill pag. 602. sic scribens: quanquam regulariter non impediatur sortis petitio, quod Debitor usuras solvere promtus sit, *l. ult. §. ult. C. de jure dot.* Fallit tamen id, si aliud convenerit pacto, puta ut donec usuræ solverentur, sors non exigeretur. *Add. comment. de annuis legatis. pag.* 1123. *Vbi idem de pacto tacito videtur adseverare.*

IV. Sed obloqui tamen huic pronunciato videtur Dn. Carpzov. *part.* 2. *Quæst. Crim.* 92. *n.* 44. statuens: Jus de altero tanto in mutui Contractu adeo esse certum, ut nec ultra duplum debeantur Usuræ, etiamsi expressè aliter inter contrahentes fuerit conventum. Idque observantiam quotidianam in pronunciando luculenter docere. Quam sententiam denuò propugnat in asylo debitorum *cap.* 1. *n.* 341. potissimùm ex ratione, jam supra th. 2. remota; quod pacta privatorum non possint derogare juri publico.

V. Eadem ferè ratione dissentire à communi opinione censebitur Guilelmus Masius *lib.* 1 *singular. opin. cap.* 20. *n.* 25. qui pactum hoc tantum sustineri arbitratur ad modum Constitutionibus permissum. Verba eius decisionis ita habent: Veruntamen id asserere non ausim (quod scil. hoc casu usuræ ob pactum interpositum ad instar annuorum redituum excedere alterum tantum possint) propterea quod usuræ naturam suam non mutent, ut fit in annuis pensionibus; Quæ ratio præcipua fuit Novellæ 160. Quare dicendum foret, Creditorem, postquam usurarum cursus sortem æquasset, eam exigere posse, non obstante pacto (ita lego pro periculo) utique Constitutionibus contrario & oppositio in fraudé earundem. *Hæc Masius.* Quibus verbis id innuere videtur: posse Creditorem antequã usuræ alterum tantum attingant, sortem repetere; pacto non obstante: at usuras ulteriores petere nõ posse; Replicationem enim de vi pacti, elidi duplicatione: quod pactum sit LL. contratium.

VI. Cujac. alibi temperamentum quoddam huic Exceptioni circumponere videtur, in *tr. ad Africanum in l.* 44. §. 1. *de act. empt. p. m.* 1157. *lit. C.* cum eam exaudit de Jure D. usq; ad Antoninum, *in l.* 10. *C. de usur.* Verba ejus sic habent: Usuræ quoque ex conventione suprà duplum solvuntur, si modò solvantur

tur pluribus pensionibus per diversa tempora : Et ita demum non supta duplum, si solvantur una pensione, nec ulla usurarum pensitatio medio tempore intervenerit. *l.* 10. *C. de usur.* Quod tamen Justinianus postea mutavit. *Novell.* 121. *&* 138. Hactenus Cujac.

Explicatio l. 4. §. ult. de pact.

